M. Clarissime vir, amice plurimum colende 60 61

33) Non est vera amicitia sicut gladius, qui, nisi saepius
vaginetur, vaginari difficulter solet. Diu fuit
nostra amicitia recondita, sed nihil impedita, quin
levicula occasione facilime se expediat. Experieris me
eundem quem nunc te expertus sum. Dn. Severino
exhibebo omnia, quae potero, officia. Caeterum de
exploratione meae voluntatis in vocationem, si quae
fieret, nihil habeo quod respondeam. Parem me tan-
tae spartae judicare non audeo, nec sum mei juris, ut
voluntas mea multum ea in re possit, nec adeo sterili
sui vocatione fungimur, ut aliam praeoptandi causa
sit satis gravis, cui tamen non adeo animum addixi,
ut etiam Spiritui S. resistere decreverim. Tibi, Cla-
rissime vir, maximas ago gratias pro benevolo in me
affectu, quem talem ex tua interrogatione intelligo

Vir admodum reverende ac Symmysta charissime,

M. valde. Hunc filium communis amici nostri D. Crocii T. R. unice com- 59

32) mendo, nec non D. Cloppenburgio, ad quem ob huius juvenis festi-
nationem scribere non potui. Mitto quidem ad T. R. hoc dili-
[illegible], sed nequaquam [illegible]. Brevi 3. volumen meum
Antisocinianum ad te mittam. Interim bene vale in Dno Deo
cum D. Cloppenburgio et caeteris amicis nostris Franckeranis.
Raptim Leidae 5. Octob. 1644.

T. T.

Joh. Polyander a Kerckhoven.

Admodum Reverendo
ac Cl. viro
D. Johanni Coccejo
S. Theologiæ atque He-
braicæ linguæ Pro-
fessori celeberrimo

Franekeram

Cum duobus libellis.

4 amicam.